

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Loci theologici**

**Hafenreffer, Matthias**

**Wittebergae, 1622**

IV. Status hominis, qui est post mortem

[urn:nbn:de:bsz:31-122765](#)

res populi absq; Christo sapientes observarunt. Quia tamen municipales leges, non uno in loco aliud hodie statuant: & hoc scelere fædari hominibus vitam condonant, num & illis ad alia vota transire permisum sit, questionem habet. Ubi sciendum, nulla lege, divinam ordinationem, que omnibus ad Conjugium aptius natu hominibus, matrimonium concedit, vel prohiberi, vel immutari posse. Qui tamen Magistratus officiales inde orituris pie mederi velit, quibuscunq; poterit medium in id elaborabit, ne ipso delicti loco, cum multorum offensione exultare, & aliquem etiam criminis admissi fructum ferre videantur.

Hæc hactenus de tertio statu hominis, qui est Restaurationis per Christum, Prophetam, Regem & Sacerdotem nostrum, cui pro omnibus suis immensis & inenarrabilibus beneficiis sit gloria & decus immortale.

## IV.

## STATUS HOMINIS, QUI EST POST MORTEM.

Quinam Loci Theologici explicandi occurserunt in quarto Statu hominis, qui est post Mortem?

**P**auciores, si de salis Electi: Plures, si in Generis de Omnibus hominibus loqui volimus. Ubi rursum augetur numerus, si peculiares quosdam Errores, quos Pontificij de defunctis sovent, considerare placeat.

Ss

Pia-

Principios igitur locos enumera, & eosdem postea, breviter explicando persequere?

In Statu post Mortem dicendum erit;

I. De Morte.

II. De Immortalitate Animæ: & Corporis Sepultura.

III. De Limbo Patrum.

IV. De Purgatorio.

V. De Invocatione & Intercessione Sanctorum.

VI. De Fine Mundi.

VII. De Mortuorum Resurrectione.

VIII. De Extremo Iudicio.

IX. De Inferno.

X. De Vita Aeterna.

### I. LOCUS.

## DE MORTE.

De postremo hominis Statu dicturus,  
quare præmittis locum de  
MORTE?

**S**i Homo in Integritate nobilitate, in qua primum creatus fuerat, permanisset, sine morte, cuius omnis generis mala & calamitates sunt precursores, absoluta hujus terrena vita periodo, ad eternam illam & cœlestem felicitatem translatus fuisset. Quia vero mandatum Domini prætergressus est: per peccatum Mors intreivit in Mundum cui omnes peccato polluti Homines, obnoxij manent.

ED

Et quanquam per Christum restauratorem nostrum ad Vitam Eternam reparati sumus: hæc tamen est via universæ carnis: & NOS qui CREDIMUS, per MORTEM sane transimus ad Vitam: Impi verò, per mortem corporalem, in mortem præcipitantur & damnationem æternam.

Quia igitur nisi per mortem [ aut quæ postremis Mundi hominibus, in Adventu Salvatoris loco mortis erit, per subitam Immutationem] ad futuram celestis vite gloriam non transimus: Ideo prinsquam de aliis tractemus, etiam de Morte aliquid dicendum est.

Quibus ergo membris hanc considerationem commode absolvì existimas?

Si dicatur:

1. Quid & unde sit Mors.
2. Quibus imperet.
3. Qua contra Mortem remedia.

Quid est ergo Mors?

Mors generaliter sumpto vocabulo, non tantum est Dissolutio Corporis & Anima: quam infinite calamitates [ & ipse in Scripturis, Mortes dicta] antecedunt: sed & Corporis & Anima ex ira Dei pronunciatum supplicium & damnatio eterna, nisi remissio fiat in Christo: per peccatum in Mundum introducta.

Genes. 2,17. Quocunq; die comederis, de ligno scientie boni & mali, morte morieris.

Rom. 6,23. Stipendia peccati Mors.

Specialiter; Mors est pena, humano generi propter peccatum irrogata, corporis & animæ unioni dissolvens.

Gen. 3,29.

I.  
Quid &  
unde sit  
Mors.

IL

*Gen. 3, 19. In sudore vultus tui vesceris pane tuo,  
donec revertaris in terram, de qua sumptus es: Quia  
pulvis es, & in pulverem reverteris.*

Unde Mors primum exorta est?

I. Mors non est à Deo facta, ut neque peccatum,  
mortis causa: Quaecunque enim Deus fecit, erant  
valde bona: Mors autem, ut mors, in malis, & peccati  
pena est. Et creavit Deus Hominem ad imaginem  
sua; qui ipsa Vita est. Gen. 1, 27.

*Sap. 1, 13. Deus mortem non fecit, nec latatur in  
perditione vivorum.*

*Sap. 2, 23. Deus creavit hominem inextirminabi-  
lem, & ad imaginem similitudinis sue fecit illum.*

II. Sed à Diabolo, cuius invidia in Mundum intro-  
ducta est.

*Sap. 2, 24. Invidia Diaboli introivit mors. in Ora-  
bem terrarum.*

III. Et ex transgressione Protoplastorum?

*Rom. 5, 12. Per unum Hominem peccatum in Mun-  
dum introivit: & per peccatum Mors.*

*Rom. 6, 23. Stipendia peccati Mors.*

*1. Cor. 15, 21. Per Hominem Mors; & per Homi-  
num Resurrectio Mortuorum.*

Qui verò Morti obnoxij sunt?

I. Corporali sane morti omnes homines Pec-  
catores, obnoxij sunt.

*Iof. 23, 34. En ego hodie ingredior viam universæ  
carnis.*

*Rom. 5, 12. Per unum hominem peccatum in Mun-  
dum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes  
homines mors pertransiit: quandoquidem omnes pec-  
caverunt.*

*1. Cor. 15.*

1. Corinth. 15, 22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.

Exceptis Henoch & Elia, qui vivi in cælestem beatitudinem translati sunt, & qui in adventu Domini vivi reprehensi, in oculi momento immutabuntur.

1. Corinth. 15, 51. Non omnes quidem dormiemus: omnes tamen immutabimur.

Piis autem Mors non est Mors: Sed Ianua & transitus ad Vitam. II.

Ioan. 5, 24. Amen Amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam; & in Iudicium non venit, sed transit à morte in vitam.

Ioan. 11, 25. Ego sum Resurrectio & Vitas, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet. Et omnis, qui vivit & credit in me, non morietur in eternum.

Quæ Remedia parari possunt, contra mortem?

Viam carnis, qui carnem circumgestamus, declinare non possumus: Sed aequo pede omnium tabernas mors corporali pulsat.

Credentes autem in Christum, per mortem transimus in Vitam. II.

Quis est usus hujus Loci?

Ut mortalitatis nostræ memores, non caducis adhærescamus: sed mediremur æterna.

Hebr. 13, 14. Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus

Ut certa morris, cuius incerta hora, memores, prudentius ambulemus.

Psal. 90, 12. Doce nos numerare dies nostros, ut applicemus Cor ad Sapientiam.

Eccl. 7.

I.

II.

I.

II.

*Eccles. 7. 40. In omnibus Operibus tuis; memorare novissimataua, & in aeternum non peccabis.*

II.

*Ut Mortem, quæ nobis vitam Christum vera Fide apprehendentibus, Finis omnium malorum, dulcis a laboribus requies, & ad beatissimam aeternitatis Vitam transitus futura est, non extimescamus.*

*Luc. 2. 29. Nunc dimittis servum tuum Domines secundum Verbum tuum in Pace.*

*Pbil. 1. 23. Cupio dissolvi & esse cum Christo.*

*Quinam errores hic fugiendi sunt?*

I.

*Epicureorum securitas: qui vel nullas, vel non serias de morte cogitationes unquam suscipiunt, & quasi aeternum hic viventiæ essent, soli serenis occupantur.*

*Esa 28. 15. Percusimus foedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.*

*Luc. 12. 19. anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comedere, bibe, letare. Dixit autem illi Deus: Scilicet hac nocte repetunt animam a te, quæ autem parasti cuius erunt.*

II.

*Procrastinatorum vanitas, qui de morte quidem cogitant, sed eandem adhuc procul neque dum metuendam esse, vanissime sibi singunt, nescientes; mortem nos in corpore hoc peccati intime infixam, & intranos ipsos habitantem, quotidie circumferre.*

*Psal. 90. 10. Anni nostri sunt sicut fabula. Huc referenda sunt omnes similitudines, quibus Scriptura pulcherrimis, Vita nostra & devicev depinxit.*

*Eccl. 12. 1. Memento Creatoris tui, in diebus iuventutis tuae: priusquam veniant dies mali, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent.*

*Meticu-*

10

Mericu-

ri cogitatio-

nem.

Sens-

Latia, inde b-

re malorum

laberimus

unum me-

un: quem

Christian-

ita Dicen-

Osa. 12.

Inferne.

Philip-

num.

Sum-

at-

Vita

er-

DE

L

Dixisti

foli

A

Meticulosorum, nimia timiditas, qui ad quas-  
vis cogitationes, aut mentionem mortis toti cōborre-  
scunt. Si enim Gentiles sua contra mortis terrores so-  
latia, inde hauserunt, quod eam omnem hujus tempo-  
ris malorū finem esse intellexerunt: Hinc Mortem  
saluberrimum malorum Pharmacum: Morborum ul-  
timum medicum; & Portum appellārunt Mortali-  
um: quem fortē & imperterritum animum nos  
Christiani non sumamus: quibus Mors per Christum  
vitæ Ducem victa, & Transitus facta est ad Vitam:

III.

Eurip.  
Sophoc.

Osee. 13, 14. Ego Mors tua, o Mors, & Lues tua  
Inferne.

Philip. 1, 21. Mibi vivere Christus est. Et mori lu-  
erum.

Sum tua Mors, 6. Mors: tua sum quoq; pe-  
stis Averne.

Vita mihi Christus; Mors inviolabile Lu-  
erum.

## II. LOCUS.

# DE IMMORTA- LITATE ANIMÆ, ET CORPORIS SE- pultura.

Dixisti, Mortem esse Animæ & Corporis dis-  
solutionem: quid verò de hisce, jam disso-  
luti sentiendum aut statuen-  
dum est?

A Nima revertitur ad eum, qui dedit eam: corpus  
autem honeste est sepeliendum.

De qui-

De quibus igitur Membris hic est  
dicendum?

De Duobus.

1. De Immortalitate & Statu Animæ.

2. De Sepulcra corporis.

## DE IMMORTALITATE Animæ.

Ergone Animam, cùm corpore soluta fuerit,  
superstitem manere sentis?

Quod Animæ tām impiorum, quām piorum ho-  
minum, post mortem non extinguitur, sed sit Spiritus  
Immortalis, & postquam ex hoc mortali corpore dis-  
cesserit, verè superstes: id supra in primo hominis Sta-  
tu, tum ex ipsa Creatione, tum aliis rationibus lucu-  
lenter demonstratur: quæ omnia hic etiam debi-  
tatione consideranda sunt.

Sed quis Status est Animarum, postquam per  
mortem, corporis compage solitæ  
fuerint?

I. Piorum animæ sunt in manu Dei, glorio-  
sam corpori resurrectionem, & plenam eterne bea-  
titudinū fruitionem, cum gaudio & desiderio exspe-  
ctantes.

*Eccl. 12, 7. Revertatur pulvis in terram, unde erat,  
& Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

*Sap. 3, 1. Iustorum animæ in manu Dei sunt, &  
non tanget illos tormentum.*

*Luc. 23, 43. Amen dico tibi, hodie tecum eris in  
Paradiso.*

*Luc. 16. v 22.25. Anima Lazari portatur in sinum  
Abrahe, & solatio ibi fruitur.*

II. Impiorum autem animæ sunt in loco tor-  
mentorum, cum terrore & cruciatu ignominiosam cor-  
porum

poris resurrectionem, & perfectum æternæ Damnationis sensum expectantes,

Luc. 16,22. Mortuus est, & dives, & in inferno in tormentis est, & cruciatur.

Ibid. v. 27. Rogo pater, ut mittas Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinq<sup>u</sup> fratres, ut testetur illius, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

Idem namq<sup>u</sup> de impiorum animis sentiendum, quod Apostolus de Diabolis scripsit, 2. Pet. 2, v. 4. Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed catenis noctis detraetos in tartarum, tradidit in judicium reservari.

De ceteris, quæ hic explicari poterant, infra in Lociis de Inferno, & Vita æterna tractabitur.

### I. DE SEPULTURA.

Separata per mortem Animâ, quid cum  
Corpore agendum?

Circa mortuos, diversæ Gentes, diversissimas seperiendi rationes observarunt.

Quot membris ergo hæc consideratio com-mode absolvitur?

Si dicatur:

1. De cura Reliquiarum.
2. De impensis funebribus.
3. De moderatione luctus.

Quæ igitur sunt observatæ rationes  
sepeliendi?

Quidam (ut Heraclitus de Nabatheis refert) hominum cadavera abjectiora stercore habuerunt, quocirca non modò alios, sed Reges etiam ipsos qui aratum, in sterquiliniis defoderunt.

Quidam (ut Hircani, Caspij & Baetriani) canibus domi, ad id officij educatis, mortuos edendos laniandosq<sup>u</sup> præbuerunt.

T t

Qui-

- III. Quidam [ut Plutarchus de Scythis refert] cum mortuis Regibus, eos, quos in vivis charos habuerant, pincernas quoq; cocos ac pellices defodierunt.
- IV. Nonnullae Indie gentes, cum defunctis viris, amatas Conjuges, vel alios quoscunque gratiore vel comburunt, vel simul infodiant.
- V. Quidam (ut Massagetae & Derbices) propinquos cognatosq; suos, cum vel ad multam senectutem, vel quocunque casu ad mortuū vicinitatem venerint, jugulatos, magno epularum apparatu, aliis iustis comedunt. Eo, quod pessimam hominum fortunam arbitrentur a vermis devorari. Similia plane de Esedonibus referunt, quod nimirū cadaverā laniata, & cecis pecorum visceribus mixta, epulando consumant: Craniis vero, auro argentoque ornatis pro poculis uantur.
- VI. Ägyptij & Persæ, quo diutijs domi conservarentur, mortuos suos condire consueverunt.
- VII. Thraces natales hominum dies flebiliter, esequias cum hilaritate celebrabant.  
Sed quomodo nos Christiani mortuorum reliquias curabimus?
- Si, quod pius hactenus mos obtinuit, honeste terræ commendemus: id quod consonum est.
- I. Scripturæ dictis.
- Gen. 3, 19. Pulvis es, & in pulverem reverteris.
- Ecl. 12, 7. Revertatur pulvis in terram, unde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.
- II. Scripturæ Exemplis.
- Genes. 23, 19. Abraham sepelivit Saram uxorem suam in agro, quem emerat ab Ephrone.
- Matth. 27, 6. Ioseph de Arimathia sepulchrum sibi excind curavit in horto suo.

Sic

LOC.

Sic Patriar  
dri illati sum  
Adeoq; han  
tag, in gremiu  
Ecl. 40, 1.  
luminib; O  
estu deventu  
a (terram)

Quid  
illamide  
usario sump  
int, quia pu  
que clandan  
Proverb.  
omenimp  
Se

Lugendi  
Ecl. 7, 3  
ad domum  
Ecl. 23,  
tangunt  
ratione ejus  
pulnare me  
Idem sa  
habitu m  
laudum p  
ali Sancti  
Chrysost  
Lazarian  
Sed  
quam op  
tate des  
terra sel



Baden-Württemberg

Sic Patriarchæ & p̄i Reges post mortem suis sepulchrū illati sunt.

Adeoq; humando mortuos, terra terræ redditur,  
filijq; in gremium revertuntur parentis.

Eccles. 40, 1. Occupatio magna creata est omnibus  
homini bus, & jugum grave super filios Adam à die  
exitus de ventre matris eorum usq; in diem sepulturæ,  
in ( terram ) matrem omnium.

Quid de Impensis sepulchralibus?

Illas moderatas esse couenit: Omnes enim non ne-  
cessario sumptus imprimendi. Et vera monumenta  
sunt, quæ pictatis virtutumq; laudibus nituntur, non  
que clauduntur marmore.

Proverb. 20, 7. Memoria justi cum laudibus: &  
nomen impiorum putrefascet.

Sed Lugendine sunt mortui?

3. De luctu.

I.

Lugendi sunt mortui.

Eccles. 7, 3. Melius est ire ad domum luctus, quam  
ad domum convivij.

Eccel. 38, 16. Fili. de mortuo lachrymas educito: &  
tanquam res graves passus ordire lamenta: sed pro-  
ratione ejus, circumtege corpus ejus, negoq; desficias se-  
pulturam ejus.

Idem sacra historie exempla confirmant. Nam A-  
brahamus conjugem Sarah: Iosephus cum fratribus,  
Iacobum parentem: Israelet & Aaron & Mosen: &  
alijs Sancti alios suos demortuos luxerunt: adeoque  
Christus ipse lachrymis suis prosequutus est mortem  
Lazari amici, Ioan. 11, 35.

Sed moderandus est luctus: cum sciamus,  
quam optimè cum illis actum esse, qui in fide & pie-  
tate descendentes, omnes hujus vitæ miseras, cum æ-  
terna felicitate commutârunt.

II.

Tt 2 Thess.

i. Thess. 4, 13. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.

Eccles. 38, 18. Fac luctum pro dignitate ejus, diem unum aut duos, propter calumniam, & consolacionem accipe tristitia causa.

Ibid. v. 21. Ne obliviscaris (finiendi luctus) non enim est reversio, & illum non juvaturus es, & te ipsum affecturus malo.

Quis verò modus ille, quem in mortuis lugendis observandum esse mones?

Certi adeo limites praefigi vix possunt; ea verò lugendi mortuos tutissima sit ratio, que pietati, rectis affectionibus, & publicæ ubiq; honestati maxime congruit.

T. Exempla sacræ historiæ, non uaiusmodi sunt; Quidam enim brevius; alibi diutius mortuos suos luxerunt.

Gen 50, 1. Videntes Ioseph (mortuum esse patrem Iacobum) ruit super faciem patris, flens & deosculans eum, pracepit q; servus suis Medicis, ut aromatibus condirent patrem. Quibus iussa expletibus transferunt quadragesinta dies. Ille quippe Mos erat cadaverum conditorum, levavit q; cum Aegyptus septuaginta diebus. Et post p: u:a: Iverunt cum Iosepho omnes senes, dominus Pharaonii, cuncti q; majores natu terre Aegypti: Domus Ioseph cum fratribus suis, &c. venerunt q; ad Aream Arad, que sita est trans Iordanem: ubi celebrantes, exequias planciis magno & vehementi, imploraverunt septem dies.

Deut. 34, 8. Mosen leverant filij Israel in campis Moab, diebus triginta.

Eccl.

LOCUS

Eccl. 22, 13,

omimpij, omi-

Fuit

Siquidem

utuit; neq; n-

enfant, quam

bi conjugatio-

nies ferre lug-

tum: fuit t-

Adhibe-

hei sanè fac-

ia luctu sum-

q; aurum

in Problem;

valuerant, ut

fuerit relata-

re exornabat-

rus missus

famus. Et in

ne, qua vo-

fuisse. Veter-

is, 37. Eze-

bant: que

luctu obser-

bo die obser-

pitu omni-

majorem si-

declarant.

Ut

tuendo,

monachan-

## LOCUS II. DE SEPULTURA. 661

*Eccl. 22, 13. Luctus mortui septem dies: Fatus autem impij, omnes dies vita illorum.*

Fuit & Romanis lugendi ratio.

II.

Siquidem Numa, puerum trimo minorem lugere retuit: neq; natu grandiorum, plures dies lugendum censuit, quam vixisset annos. Tempus longissimi luctus conjugalis, in decem Menses extendit. Hodie omnes fere lugubrem vestitum annum integrum induunt: sunt tamen qui deponant citius.

III.

III.

Adhibitum lugubrem quod attinet, Hebrei sans saccū in duebantur. Et antiqui fere omnes, in luctu sumebant vestes pullas: feminae purpuram atq; aurum deponebant, albasq; vestes (test Plutarch: in Problem.) in duebant. idemq; propinquos facilitare voluerunt, ut quemadmodum mortui corpus, albu vestibus velarentur. Alba autem ueste, idcirco caderet exornabant, quia solus albus color sincerus ac purus minime q; inquinatus esset, & ab id mortuis aptissimus. Et in Evangelio legitimus, corpus Domini sindone, qua voce lineum velum significatur, involutum fuisse. Veteres quoque lugentes, uti ex Esa. 15. Ierem. 48, 37. Ezech. 7, 18. apparet, caput & barbam radebant: quae nostris hodie promittuntur. Et si que alia in luctu observata fuerunt. Ex ipsis aliqua, ut sit, etiam hodie observari possunt, modo Luxus. Superbia & Impietas omnī procul absit. Ut sunt, qui habitu lugubri, majorem superbię luxuriam, quam anuni tristitiam declarant.

Quis est usus hujus Loci?

I.

Ut prodeundo in funera, sepulchra contuendo, terram calcando, finis nostri perpetuo commonefiamus. Maxime cùmrisco more funus apud nos

It. 3. præ-

præcedat, homines sequantur: quasi post ipsum mortuum morituri, subsequunturq;

*Eccles. 7,3.* Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivij: in illa enim est finis cunctorum hominum, & vivens homo revocat ad animam suum.

*Eccles. 38, 22.* Memento judicij mei, hoc quoque iudicium tunc esse, mihi Heri, & tibi Hodie.

**II.** Ut finis nostri perpetuò memores, peccata, cum primis autem superbiā vitemus.

*Eccles. 7,30.* In omnibus sermonibus tuis, memorare novissimi, & in eternum non peccabis.

*Ibid. 10, 9.* Quid superbis terra & cinis? Quia etiam dum vivit, intestina sua projicit. Et quanvis Medicus, multum laboris in curando morbido corpore insumit: tamen hodie Rex est, & cras moritur. Cumq; moritur homo, devoratur à vermis, serpentinibus & busonibus.

**III.** Ut sepulturæ honestatem, & piorum comitatus contemplando, spem futuræ Resurrectionis concipiamus & confirmemus. Illius namq; causa tanta honestate mortuorum corpora terra commendamus.

Quinam Errores hic fugiendi sunt?

**I.** Omnia eorum, qui demonstrata barbarie, mortuorum corpora tractant, vel in Sterquilinia abjiciendo, vel bestiis projiciendo, vel truculenta immanitate devorando.

Sed & illorum, qui in curandis funeribus, nimium magnos profundunt sumptus. Eorum namque fama, qui cum pietate & virtute vixerunt: modestis exequiis non obscuratur, nec vicissim illorum memoria, funebri: pompa illustratur, qui in Vita pœnitenda atq; in gloria, laude memoratuq; dignum nihil reliquerunt.

Non

LOC  
Non eva  
nim velutcul  
ata, Graci C  
tor] mortua  
fuit perturbat  
[ Notum  
gnaz Babyle  
conspicuo li  
hisce literis  
lomis post m  
nia, aperto lib  
libuerit pec  
opinatus t  
feravit mo  
pecunias, c  
pidus, det  
Herodib

D E

Quia igi  
post f  
elb  
Script  
dit, quin  
& branc  
Marciat  
tus erit

Non etiam sunt violenda sepulchra. In his enim veluti cubilibus suis [unde loca sepulturis destinata, Græcis Cœmeteria, hoc est, Dormitoria appellantur] mortui quiescunt: qua in tranquillitate non sunt perturbandi.

[Notum est Epigramma Semiramidis Reginæ Babyloniarum, quæ cùm in loco edito & conspicuo sepulchrum sibi extruxisset, atque hisce literis inscripsisset: si cui Regum Babylonis post me futorum fuerit pecunia penuria, aperto sepulchro, sumito quantumcumque libuerit pecunia. Easq; literas legisset Darius, opinatus thesaurum ibi absconditum esse, referavit monumentum: in quo non quidem pecunias, sed literas ita dicentes inventas: Nisi pecunia essem inexplorabilis, & turpis lucri cupidus, defunctorum sepulcra non aperuisses. Herod.lib. i. non procul a fine.]

## TERTIUS LOCUS.

## DE LIMBO PA-

## TRIUM.

Quia igitur Anima hominis immortalis & post resolutionem à corpore superstes est, quodnam est illius receptaculum?

Scriptura sacra duas tantum mansiones ostendit, quibus Animæ Defunctorum colliguntur: salutis & beatitudinis alteram: alteram condemnationis, Marc. 6, 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salutis erit; qui non crediderit, condemnabitur.

T. 4.

Sed:

II.

Sed Pontificij præter Cœlum & Infernum, quorum illo beati fruuntur, hoc torquentur damnati: non tantum Purgatorium monstrant: sed etiam Limbum Patriarcharum: ubi defunctorum animæ olim diversorum habuerint.

Quid tradunt igitur de Limbo.  
Patrum?

Dicunt esse partem Inferni superiorum, in quo Patriarchæ & omnes omnino Sancti Veteris Testamenti conclusi detinebantur, quousq[ue] debitum primi Parentis, per mortem Christi solvuretur: Inde autem liberatos & ad fruitionem cœlestis beatitudinis introducitos esse, cum Christus post mortem ad inferos descendisset.

[Gerson. Lect. 2. super Marcum, Num. 16. Litera L. M. Et Compend. Theologæ, de fidei Articul. Num. 15. litera R. Sonnius in demonstr. Religionis Christianæ l. 2. Tractat. 3. cap. 15. Item Tract. 4. c. 1. & 2. Catechis. Trid. p. 56. Dandrada in Defens. Tri-Synod. lib. 2. p. 299.]

Quid tu de isthoc Limbo Patrum  
sentis?

Humanum figmentum esse sentio, quod nullis rationibus ex Scripturâ probari potest.

Licet enim Sancti veteris Testamenti varia promissiones habuevint: quarum aliae possessionem terræ Chanaan, aliae adventum Messie spectant; & illas, suis temporibus non acceperint (sicut Epistola Hebr. cap. 13. semel & iterum illud attingit; Veteres non accepisse re promissiones) omnes tamen fideles Sancti, quamprimum ex hac vita discesserunt, non in aliqua Inferni contignatione (ut Pontificij imaginantur).

con-

unclusi, sed a  
jum, salvi C  
Psal. 31, 6.  
nitum meum  
Ecclesi. 12.  
par. & Spir  
Sap. 3, 31.  
un tanget illa

DE

Sed de

D [cant  
me co  
tate ramen  
gia calore  
tur, donec  
mi expiat  
fidelium vi  
lib[er]t[er] ut Co  
os, dicunt j  
ni, aliq[ue] p  
delib[er]a  
Dixit, E  
Inferni; J  
facient

Mon  
Dimonsp  
mfaciunt

conclusi, sed apud Deum per fidem in futurum Messiam, salvi & beati fuerunt.

*Psal. 31, 6. In manus tuas Domine commendabo Spiritum meum.*

*Eccles. 12, 7. Revertatur pulvis in terram, unde erat: & Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

*Sap. 3, 3, 1. Iustorum anime in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum.*

#### IV. LOCUS.

## DE PURGATORIO.

Sed de Purgatorio quid tradunt Pontificij?

**D**icunt esse locum Inferni superioris, in quo anima eorum, qui non ad plenum purgari: cum pietate tamen ex hac vita discesserint, antequam ad regnum colorum aditus patere posit, captivae detineantur, donec exoluti paenit ad vivum repurgentur ab omnibus expiatione. Et has animas Purgatorio detentas, fidelium vivorum suffragiis, potissimum vero acceptabiliter [ut Concilium Trident. loquitur] Altaris Sacrificio, dicunt juvari. Orationibus item, atque Eleemosynis, alijsq; pietatis operibus, que a fidelibus, pro aliis fidibus defunctis fieri consueverint.

Concil.  
Trident.  
Sess. 25. Deo  
cret. de  
Purgat. Et  
Sess. 6. Ca  
non. 30.  
Sess. 22. c. 2.  
Can. 3.

Dixisti, Pontificios Limbum facere partem Inferni: Jam refers, quod etiam Purgatorium faciant partem inferni: quomodo tandem absolvunt inferni fabricam?

Mostrabo tibi. Non meis autem, sed Sonni<sup>y</sup> Demonst. Tractat. 4. cap. 2. Inferni fabricum hinc verbis descriptis:

T t s

Sicut

Sicut in hoc mundo alii sunt in ea qualitate, in qua  
salvi fieri non possunt, alii in eo statu, in quo placent  
DEO positi extra damnationem, sed tamen egerent  
adhuc multa purgatione affectuum. Alii denique sic  
dispositi, ut non egeant, nisi sola dissolutione animæ  
à corpore: Ita dico inter infernales alii proflus da-  
mnari sunt ac reseuti ab omni spe melioris fortunæ,  
ut dives Epulo, Dathan & Abiron, Judas item cum  
ceteris omnibus, qui non obediverunt Evangelio  
Domini nostri Iesu Christi, qui poenas dabunt, uti  
Paulos docet, in interitu æternas, à facie Domini &  
gloria virtutis ejus. Alii sunt ibi utique extra damna-  
tionem æternam, attamen velut captivi ad tempus in  
igne Expiatorio, ut Christiani, qui cum pietate dor-  
mitionem acceperint, nondum tamen ad vivum re-  
purgari ab omni inquisitione de quibus mox dice-  
mus. Tertij etiam suum in infernis habent recepta-  
culum, nihil tamen ibidem patientur mali, præter  
exitium à gloria, solam regni cælorum apertione  
exspectantes: ut animæ Sanctorum Patriarcharum  
ante Christi adventum. Et post pauca: Itaque David  
dicens; se liberatum ab inferno inferiori. 2. Reg. 12.  
dedit intelligere, esse quempiam infernum superio-  
rem; & ab eo non fuisse animam suam liberatam. Nam  
ut universis sanctis patribus, ita & ei eō descendend-  
um erat donec redemptio per Christum interposta  
esset. Hac illic.

*Et in sequentibus plura subiicit de Inferno infe-  
riore & superiore: Et quod Limbus Patrum in Scri-  
pturis vocetur sinus Abraæ, & id genus alia.*

Quid tu vero de Purgatorio Pontificio-  
rum sentis?

Figmentum Ethnicum, Poeticum, fabulosum, &  
in meritum Expiationis unici Salvatoris Domini no-  
stri Iesu Christi, maximè blasphemum & contumelio-  
sum esse sentio.

I. Quia de Scriptura sacra, tantum duas man-  
fiones demonstrat eorum, qui ex hac vita discessunt: Si-  
cuit,

LOC. 1  
extra diu in sancti  
titam aeternam  
tautur in dan  
Marc. 16,  
Ioh. 3, 18.  
autem non erit  
Quia qui  
vel suffrag  
ito, quod sol  
Cutante  
Quia Pl  
ius, hanc a  
torum penit  
abribus, qu  
merito depe  
At illipu  
struere. C  
Eto con  
sorte in  
non ex  
quad  
pu  
Clifford  
dens eam  
qui comp  
bonimis  
moyere  
gatorius

cuti duo tantum hominum sunt genera, fideles, qui in vitam eternam colliguntur, & infideles, qui precipitantur in damnationem.

Marc. 16, 16. Qui crediderit & baptizatus, &c.

Ioh. 3, 18. Qui credit in eum, non judicatur: Qui autem non credit, jam judicatus est.

Quia quicquid expiationibus vel Purgatorij vel suffragiorum adscribitur, id omne Christi merito, quod solum nos à peccatis purgat, derogatur. II.

Cur autem Purgatorium figmentum Ethnicum & Poeticum appellas?

Quia Plato in Phædone, & hunc sequitur Virgilius, haud aliter, quam Pontificij hodierno die Purgatorij pœnas describunt. A suis igitur Prophetis & Doctribus [quos Pontificij imitati sunt] Purgatorium, merito denominatur.

At illi purgatorium ex Scripturis conantur adstruere. Quod enim Matth. 5, vers. 25. legitur. Esto contentiens adversario tuo citio, &c. ne forte in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. Ergo inferunt: Est aliquid purgatorium, quod per carcerem denotatur?

Christus ibi de murua reconciliatione agit, ostendens eam nulla ratione procrastinandum esse: cum is qui compositionem fraternalm detrectat, nec Deo nec hominibus placere possit, & tandem cum eodem summo jure agatur. Ineptissime igitur iste Locus ad Purgatorium detorquetur.

i. Cor.

I. Cor. 3, 13. Cūjusque opus, quale sit, ignis probabit, &c. Ipse verò servabitur, ita tamen ut per ignem: Ergo (inquiunt) Ignis purgatorius post mortem superest, per quem servandi sumus?

I. Loquitur ibi Apostolus de ministris verbī, qui licet fundāmentum, Christum, retineant, non omnes tamen & quē pretiosa superaedificant: sed alius argenteum, aurum aut gemmas aſert, ex verbo Domini aliud ligna tantum, fænum, aut ſtipulas, ex humani ingenij ſermentū. Quæ licet aliquandiu perſiftant, accuratius tamen, vel divini verbi, vel tribulationis examen, iſtas omnes doctrinas probaturum eſſe, & que verbo Dei conſentaneæ ſint, permansuras, que vero humanitū confitæ, quacunque vel arte, vel colore ſucatæ ſint, non aliter, quam fænum & ſtipulas, igne consumtum iri. Nihil igitur ibi de purgatorio.

II. Præterea Paulus per similitudinem de igne loquitur: sed illi verum ignem intelligunt, quo purgandorum animæ miserrimè torqueantur.

III. Paulus opera tantum igne probari ait: sed illi ipſos homines opifices perpurgant.

Pſal. 66. 12. Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium?

Loquitur Pſaltes, quod apertissime patet de igne & aqua tribulationis. Et iſte quoq; locus ineptissime ad Purgatorium raptatur.

De tali enim igne loquitur, ex quo jam, cùm Pſal-  
lum illum caneret, liberatus eſſet. Sed illi post mor-  
tem

tem demum non ad plenum expiatos, in purgatorium  
mittunt. Illi Diabolis excruciantur obiciunt, sed Psal-  
mus aperte agit de hominibus, qui calamitates istas  
Hebreus intulissent.

Unicum adhuc expediri velim: Nam quod  
Matth. 12. 32. legitur: Qui dixerit verbum  
contra Spiritum sanctum, non remittetur ei,  
neque in hoc seculo, neque in fututo, eo haud  
obscure illud significari videtur, quod aliquod  
peccatum in altero seculo remittatur. Quod si  
est, jam purgatorium latet evidenter  
extructum esse pu-  
tant?

Nihil aliud Matthaeus exprimere voluit, quam  
illud peccatum nunquam remitti. Sicut Marcus pla-  
nissimis verbis, Matthei phrasin interpretatus est.  
Marc. 3,29. Qui blasphemaverit in Spiritum sanctum,  
non habebit Remissionem in eternum. Nequaquam  
autem sequitur: Peccatum in Spiritum sanctum  
nunquam remittitur. Ergo aliquod peccatum in alte-  
ro seculo remittitur, quod vel manibus palpari potest.

Eadem farinæ; omnia Argumenta sunt, quæ pro  
purgatorio igne sovendo, Pontificij colligunt.

Quid verò de Suffragiis, hoc est, de Orationi-  
bus, Eleemosynis, Missæ sacrificiis, & aliis ope-  
ribus pietatis sentiendum est, quibus ani-  
mas in purgatorio dicunt sub-  
levari?

Extinctio Purgatorio, istae omnia quoque pro  
mortuum

mortuis praestanda officia, simul extinguuntur. Cum enim post mortem nullus sit talis intermedius status, unde liberari possint: conficta quoque ejusmodi confitae liberationis media evanescunt. Adde quod Missæ Sacrificium, in sece Idololatricum, & in Christi unicūm propiciatorium Sacrificium extreme contumeliosum est.

Cum igitur neque in Veteri Testamento Limbum: neque jam, post hujus vitæ exitum purgatorium esse concedas, quo pervernuunt igitur animæ defunctorum?

*Ut nuper dictum:*

I. Piorum animæ in sinum Abrahæ, seu manum Domini colliguntur, ibique solatio fruentes, cum gaudio, gloriosem corporis resurrectionem praestolantur.

II. Impiorum verò animæ, in locum tormentorum præcipitantur, ibique cum terrore & trepidatione horribili, futuro iudicio reservantur, Luc. 16.

2. Pet. 2, v. 9. Novit Dominus pios de temptatione eripere: Iniquos verò in diem Iudicij reservare cruciandos.

Heb. 10, 26. Voluntariè peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quedam exspectatio Iudicij, & ignis emulatio, que consumtura est adversarios.

De hac revide plura, in præcedente secundo Loco, hujus quarti Status.

V. LO.

LOC. V.

D E

T I

Suffragia re  
na purgatio  
neratio  
nu

Tu res  
et debita  
Sancto. I  
neutiquam

Q

Non  
celloru  
reliquia  
trum omni

Sec  
ria, prace  
bu in Ec  
tinuerit  
infirmata  
bulantes  
tem, tan

i. Co  
fi, Gal.

Badische  
Landesbibliothek

Baden-Württemberg

## V. LOCUS.

# DE INVOCATIONE MORTUORUM.

Suffragia rejicis Mortuorum : de quorum plena purgatione dubium erat ; quid verò de Veneratione & Invocatione illorum pronuncias, qui beati Deo convertantur ?

Tu res diversissimas male confundis. Aliud enim est debita ratione venerari, aliud invocare mortuos Sanctos. Nam venerari illos merito ; invocare verò neutiquam debemus.

Quomodo venerandi sunt Sancti  
Mortui ?

Venerandi sunt Sancti.

Non Adoratione aut invocatione : non Sacellorum Edificijs, non Peregrinationibus ad incertas reliquias : non conficti miraculis, que in Papatu praeter omnem modum & rationem cumulata fuerunt.

I.

Sed honorandi sunt Sancti grata memoria, praeclentius in DEI M Fidei, & donorum, quibus in Ecclesia bonum ornati erant : sedula imitacione virtutum, quibus excellebantur : aut a devitatione insinuitatum, si quibus deficiebant, ut eadem fide ambulantes, ad eandem cœlestis beatitudinis hereditatem, tandem omnes congregemur.

II.

*1. Cor. 11, 1. Imitatores mei esote, sicut ego Christi, Gal. 4, 12. Esote sicut ego.*

Cur

Cur autem non invocandi sunt demor-  
tui Sancti?

I. Quia invocationis honor soli Deo compe-  
tit: qui ad necessitates & precationes nostras (quæ  
interdum taciti tantum gemitibus sunt) cognoscen-  
dum, solus cordium scrutator: & ad opitulandum no-  
bus, solus omnipotens est.

II. Quia solius Dei invocandi, mandata & pro-  
missiones habemus: Sanctorum autem invocando-  
rum, nec mandatum nec promissio, nec ullum proba-  
tum exemplum extat.

De quâre etiam suprà in loco de precibus.

Sed dicunt quidam, invocandos esse mortuos  
Sanctos, non tanquam Optulatores, sed  
tantum ut intercessores?

Scio quosdam isti hoc effugio ad pingendum Idolol-  
atriæ errorem uti solere. Sicut etiam Synodus Polo-  
nica Petrocoviensis istam moderationem persuadere  
voluit. Nam cap. 58. de Spe & Preicatione ita habet:  
Si nullum est crimen in imitandis Sanctis, cum se  
Christus, non Petrum, non Paulum sequi juss erit: se,  
non Sanctorum aliquem vitam & ostium esse docue-  
rit: Secundum est crimen in glorificandis illis, cum di-  
fertis verbis Deus dixerit; gloriam meam alteri non  
dabo: quid esse criminis poterit in illis invocandis?  
Non tanquam largitoribus, hoc enim solius Dei pro-  
prium est, sed tanquam deprecatoribus? Hæc ibi.

L Quid de isthac deprecatorio colore  
judicas?  
Primum. Sanctos, nunquam imitandos esse  
dicimus,

dicimus, nisi tūm ipsi Christum imitari fuerint. Estote mei imitatores, sicut & ego Christi, inquit Paulus, 1. Cor. ii. Nec unquam illos, eā Gloriā, quæ solius Dei est, honorandos esse judicamus, sed eā, quæ sanctis competit, in agnoscenda & imitanda illorum fide & virtutibus, in prædicandis donis & vitandis infirmitatibus.

Ad Pharmacum autem illud, quod artinet, quasi invocandi sint Sancti, non tanquam Intercessores beneficiorum: sed solummodo tanquam Largitores, hoc est, non ut ad illorum opem & auxilium, sed tantum ad orationes & intercessiones confugiamus, id aperte confutatur, tūm concilio Tridentino, tūm communi invocationis Sanctorum observatā Praxi.

Quomodo refutatur ille fucus ex Concilio Tridentino?

Eo refutatur, quod non tantum ad Orationes, sed etiam ad Opem & Auxilium Sanctorum confugendum esse docet.

Sess. 23. De Invocatione Sanctorum: Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, & cæteris docendi munus curamque sustinentibus, &c. ut fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos unā cum Christo regnantes, orationes suas, pro hominibus Deo offerre: bonum atque utile esse suppliciter eos invocare, & ob beneficia impetranda à Deo, per Filium ejus Jesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Salvator est, ad eorum Orationes, opem auxiliumque confugere.

Et paulò post: Sanctorum quoq; Martyrum & aliorum cum Christo viventium Sancta corpora, &c. à fidelibus veneranda esse, Per

Vt que

III.

quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur; ita ut affirmantes, Sanctorum reliquiis venerationem atq; honorem non deberi; vel eas, aliaque sacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari: atque eorum Opis impetranda causâ, Sanctorum memorias frustra frequentari, omnino damnandos esse.

Sed forsan Concilium quoq; tantum intellexit opem auxiliumq; intercessionis?

Verum igitur sensim accipe, quem Pontificij Doctores dogmatici; suis scriptis clarissimum expresserunt: quod Sancti in Ecclesia Pontifica non tantam ut intercessores, sed etiam Opitulatores, Auxiliatores, Patroni & Largitores invocentur: quam sententiam Concilium Tridentinum, citatis verbis, complecti & stabilire voluit.

Gabriel Biel in Exposit. Canon. Lectione 32. Ut a. Sanctorum invocatio discreta à nobis fiat, & pulchra varietate amicta crescat, consideranda est varietas donorum etiam in Sanctis, tam in via, quam in patria discretorum: verum enim est & in Sanctis, illud Virgilianum: Non omnia possumus omnes. Quoniam non omnia, nec eadem omnibus data sunt, sed diversi diversa receperunt. Hæc ille.

Nemo autem Pontificiorum dicturus est, ullum Sanctum tante Impotentie esse, ut pro vivis intercedere non possit. Nam Virgilianum illud: Non omnia possumus omnes, hodiernis Pontificiorum pharmaciis male quadrat.

Hinc factum est, ut quidam dati sint Patroni certæ Provinciae, quidam certæ Personæ, quidam certi beneficii. Veruntamen [ut ibidem ait Gabriel] Sancti sic ad certa beneficia Conferenda, vel impetranda Privilegiata, non propter hoc impotentes sunt, ad auxilia in aliis comprehendenda.

Gerson

LOC.  
Gerson,  
lit. P. Itaq;  
nemur S  
tent, illi  
nantes & i  
Et pau  
[sancti] ac  
co liberali  
acceptu  
Idem d  
aliquem S  
qibuidam  
quadam g  
donum re  
pem fecit  
dit Apoll  
sed etiam  
quilibet  
Hæc eius  
Quan  
patu do  
propofit  
tantum  
tores g  
auxilia

Dix

Man  
viam su  
nes, in e  
non ta  
num, j  
Liber  
multi



Gerson, de mendicitate spirituali, num. 77.  
lit. P. Itaque hæc Dei voluntas est, ut suos ve-  
neremur Sanctos illos deprecantes & requi-  
rentes, illiq; nobis succurrant, suas nobis do-  
nantes & impertientes gratias.

Et paulò antè: Exinde magis obligantur  
[sancti] ad gratiam impendendam, ut illam  
eo liberalius distribuant, quo largius & copiosius  
acceperunt.

Idem de oratione & ejus valore: n. 77. lit. T. Ad  
aliquem Sanctorum convertere, pro necessitatibus  
quibusdam sublevandis, vel pro impetranda speciali  
quadam gratia, qui sanctus vel sancta privilegium  
donum recepisse memoratur à Deo, ut pro talibus o-  
pem ferat. Divisiones enī: gratarum sunt, sicut tra-  
dit Apostolus. Quod verum est, nedum de viatoribus,  
sed etiam beatis. Sub quo respectu canit Ecclesia de  
quolibet Sanctorum. Non est inventus similis illi.  
Hactenus Gerson.

Quæ omnia certè, manifestissimè ostendunt: in Pa-  
patu doctrinam de invocatione sanctorum, ita fuisse  
propositam, ut ad ipsos non tanquam ad intercessores  
tantum, sed tanquam ad Largitores & Distribu-  
tores gratarum, adeoq; tanquam ad Patronos &  
auxiliatores sit configendum.

Dixisti idem probari posse, ex usitata Ro-  
manæ Ecclesiæ praxi?

Manifestissimè & palpabiliter. Hic enim ob-  
viam sunt plurime & infinitæ propemodum precatio-  
nes, in quibus à beata virginе Maria, & aliis Sanctis,  
non tantum deprecationes & intercessiones ad Domi-  
num, sed ipsa beneficia, gratiam, opem, auxilium: &  
Liberationem petendam esse docuerunt. Ex infinita  
multitudine, unum & alterum tantum accipe.

VU 2 Gerson

Gerlon dicto loco de mendicitate Spirituali: Specialiter te virgo gloria instituit (Deus) Thesaurum gratiae: Matrem misericordiae, nutricem Orphanorum, desolatorum Consolatricem, Advocatam, & Consolatricem. Ad te igitur confugio, te requiro per istorum Officiorum virtutes, ne mihi deficias in hac districta necessitate. Impertire mihi de Thesauro gratiae, nutri, Conforta & Consule. Etsi non propter me, cum sim indigna (anima) omni munere gratiae: tamen propter te, & propter tibi commissum officium, legitimè secundum institutionem summi Regis exercendum. Adhuc dico vobis, ô gloriosi sancti Dei omnes, quod apud me est signetum summi Regis ad Eleemosynam vestram percipiendum. Cognoscitis haud dubie signetum hoc, &c. Et post pauca: Sed forsan mihi dicit aliquis. Cum Deus (ut asseris) tibi velit Eleemosynam impendi, ab illo petes; per seipsum enim si volet, tibi quod petis; largietur. At ego respondeo; Quæ gratia quæso sanctis esset habenda; si nullo suo medio mihi Deus per seipsum subveniret?

Quia insuper ratione gratiarum Eleemosynas ad superfluentem mensuram Accepissent Sancti, si non inde cæteris indigentibus Essent distributuri? Hæc ille.

Hujus generis infinita proferrì possent: quibus omnibus aperte patet, Santos in Papatu non tantum ut intercessores, sed ut auxiliatores & Patronos invocatos fuisse, quorum aliqua supra recitata sunt in loco de Precibus.

VI. LO-

VI. LOCUS.  
**DE FINE  
 MUNDI.**

Hactenus de fine singulorum, quid vero de Fine  
 ne universi: numne Mundus hic eternum  
 durabit; an suum etiam finem habi-  
 turus est?

**S**tudiis hinc Mundus initium habuit, quod in Loco  
 Creationis demonstratum est: ita quoque habi-  
 turus est Eternus.

Psal. 102, 26. Initio terram fundaris: & Opera  
 manuum tuarum sunt Cœli. Ipsi peribunt, tu autem  
 permanes: & sicut vestimentum veterascent. Et sicut  
 indumentum mutabis eos, & mutabuntur: Tu autem  
 ipse es, & anni tui non deficiunt.

Esa. 51, 6. Cœli sicut funius dissolventur, & terra  
 sicut vestimentum putrescit.

Luc. 21, 33. Cœlum & terra transibunt: Verba au-  
 tem mea non transibunt.

i. Ioh. 2, 17. Mundus transit, & concupiscentia  
 eius.

Quando futurus est Mundus Finis?

Diem aut horam mundi interitus nemo definire  
 potest: sed in propinquo esse: certis Scripturae testimo-  
 niis & signis, quæ predecessura sunt, haud obscure patet.

Marc. 13, 31. Cœlum & terra transibunt, verba  
 a. mea non transibunt. De die autem illa vel hora, nec  
 moscit, nego, Angeli in celo, nego, filius, nisi Pater.

i. Ioh. 2, 18. Filioli, novissima hora est.

i. Pet. 4, 7. Omnia finis appropinquavit. Estote  
 itaque temperantes & sobrij ad Orationes.

VII. 3.

Quæ-

Quæ v. testimonia, aut signa illa sunt, quæ  
Mundi finem in propinquō esse  
præfigunt?

I. Daniel. cap. 2. Oblatam visionem Regis,  
de quatuor Monarchiis interpretatur quarum postre-  
ma & ultima est Romana, post quam nulla alia in  
hoc mundo est expectanda.

II. Christus & Apostoli multa & varia Signa  
annorūunt, que mundi finem sint processura: quo-  
rum tamen aliœ etiam Hierosolymitano excidio  
congruebant. In illo verò signorum Indice præcipua  
sunt:

Pseudoprophetæ, & varia religionum schismata.  
Bella & rumores bellorum.

Seditiones item & mutationes regnorum.

Pestis, Fames, persecutioes piorum.

Hominum inobedientia perfidia, crudelitas, Ebrie-  
tas, Luxurias, Avaritia, Securitas, Epicareismus, De-  
speratio.

Signa in cœlo, & mari & terra plurima.

De hisce & aliis, Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21. 2.  
Tim. 3. 1. 2. Petr. 3. 3.

Hisce omnibus addit Paulus revelationem  
Antichristi, 2. Thess. 2. 3. Illum esse Pontificem Ro-  
manum suprà in Loco de Ecclesia, ex eodem Paulino  
loco probatum est. Is cùm hodie revelatus sit, &  
interfectus Spiritu oris Domini: nihil aliud restat,  
quam ut illustratione adventus Dominicī penitus de-  
struantur.

Quomodo mundus interibit?

Per ignem.

2. Petr. 3. 7. Cœli, qui nunc sunt & terra, Dei ver-  
bo repositi sunt, igni reservati.

Ibid.

Locus  
Ibid. vers.  
menta vero  
sunt operas,  
Et 1. 12.  
igni ardore  
Et ita su  
inopinata p  
Matth.  
paret uque  
bonitatem.  
1. Thess.  
ni sunt su  
& securi  
sicut dol  
Luc. 2  
omnes, q  
2. Pe  
nocte.

Ue  
tatem.  
U  
simus.  
La  
restrai  
superve  
2. P  
sint qu  
& pie  
sum  
Il  
tes, j  
ripen

Ibid. vers. 10. Cœli magno fragore transibunt, Elementa vero calore solventur, terraq; & quæ in ipsa sunt opera, exarentur.

Et v. 1, 2. Cœli ardentes solventur, & Elementa ignis ardore linquentur.

Et ita subito, ut cum impij minimè expectent, inopinato periturus sit.

Matth. 24, 27. Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet usque in Occidentem, ita erit & adventus Filii hominis.

1. Theff. 5, 2. Ipsi probè scitū: quoniam dies Domini sicut fur in nocte veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient.

Luc. 21, 35. Tanquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent super faciem omnium terre.

2. Petr. 2, 10. Advenies dies Domini, sicut fur in nocte.

Quis est usus hujus Loci?

Ut sciamus, nos hic non habere manenteri civitatem. Hebr. 13, 14.

Ut perpetuò in adventum Christi parati simus.

Luc. 21, 34. Attendite vobis, ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate, & cum hujus vitae, & superveniat in vos repentina dies illa.

2. Petr. 3, 11. Cum igitur haec omnia dissolvendæ sint, quales oportet vos esse, in sanctis conversationibus & pietatibus, expectantes & properantes in adventum diei Domini.

Ibid. v. 14. Propter quod charissimi, haec expectantes, satagit, ut immaculati & incontaminati ab eo reperiamini cum pace.

VU 4

Qui.

Qui Errores h̄ic fugiendi?

I. Aristotelis, qui Mundum in ity & fini ratione  
eternum esse arbitratus est.

II. Illorum, qui cælestem doctrinam de Mundi fine  
ne rideant.

2. Petr. 3, 3. Ubi est promissio adventus ejus?

III. Epicureorum, qui licet aliquid de Mundi fine  
credant, securè tamen in diem vivunt.

Matth. 24, 37. Sicut erat in diebus Noe: ita erit &  
adventus Filij hominis. Sicut enim erat in diebus ante  
diluvium, comedentes & bibentes, nubentes, &  
nuptias tradentes, usque ad eum diem, quo intravit  
Noe in arcam, & non cognoverunt: donec venit dilu-  
vium, & tulit omnes: ita erit & adventus Filij ho-  
minum.

### VII. LOCUS.

## DE RESURRECTIONE MOR- TUORUM.

Quid intereunte Mundo futurum est  
de hominibus?

I. Qui mortui sunt, omnes resurgent.

II. Qui verò in fine Mundi vivi deprehendun-  
tur, illi mutabuntur.

1. Cor. 15, 11. Ecce Mysterium vobis dico. Non o-  
mnes quidem obdormiemus. Omnes tamen immuta-  
bimus in momento, in ictu oculi, in novissima tuba. Et  
mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimus

Recita-

LOC. V

Recita

Iob. 19, 1

in novissima

cymbabor pe

Esa. 26, 1

resurgent. E

revere quid

nos ejus.

Esa. 66, 1

vestra q

Ezech. 3

epriam tu

refiri.

Daniel.

pulvere, ev

Ioban. 7

numentis su

qui bona se

mala eger

Iob. 6,

omnis, qui

tum etern

ite.

Ioban.

redit in

1. Cor. 1

tie atque s

surrectione

Q

Refu

Recita testimonia de Resurrectione  
Mortuorum?

Iob. 19, 25. Scio, quod redemptor meus vivit, &  
in novissimo de terra resurrectus sum: & rursum cir-  
cumdabor pelle mea, & in carne mea videbo DELL.

Esa. 26, 19. Vivent mortui tui, & cum cadavere  
resurgent. Expergiscim: & latamini, qui habitat in  
pulvere: quia ros tuus erit ros pratorum, & terra mor-  
tuos ejicit.

Esa. 66, 14. Videbitur, & gaudabit cor vestrum, &  
ossa vestra quasi herba germinabunt.

Ezech. 37, 12. Hec dicit Dominus Deus: Ecce ego  
aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris  
vestris.

Daniel. 12, 2. Multi de his, qui dormiunt in terre  
pulvere, evigilabunt.

Iohan. 5, 28. Venit hora, in qua omnes, qui in mo-  
numentis sunt, audient vocem Filii Dei, & procedent,  
qui bona fecerunt, ad resurrectionem vita, qui vero  
mala egerunt, in resurrectionem judicij.

Iob. 6, 40. Hec est voluntas ejus, qui misit me, ut  
omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vi-  
tam eternam & ego resuscitabo eum in novissimo  
die.

Iohan. 11, 25. Ego sum Resurrectio, & Vita: qui  
credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet.

1. Cor. 15. Prolixè tractatur, & pluribus argumen-  
tis atque rationibus explicatur hic Articulus, de Re-  
surrectione Mortuorum.

Quodnam est Fundamentum nostræ  
Resurrectionis?

Resurrectio Christi.

VU. S.

1. Cor. 15.

*i. Cor. 15, 16. Nam si mortui non resurgent, neque Christus surrexit.*

*Vers. 20. Nunc autem Christus surrexit a mortuis, primitia dormientium.*

*Idem est Caput, & nos membra corporis ipsius: cum igitur Caput surrexerit, membra illud quoque sequentur.*

*Quinam homines resurrecturi*

*sunt?*

*Omnes homines, qui ab initio Mundi usq[ue] ad ejusdem finem unquam mortui sunt: sive Boni sive Malii.*

*Matth. 25, 32. Congregabuntur ante Filium hominis. OMNE S Gentes.*

*Iob. 5, 28. Omnes, qui in monumentis sunt, audiunt vocem Filij Dei.*

*Quo discrimine resurrecti Boni & Malii?*

*Boni ad vitam resurgent, Malii ad Iudicium.*

*Iob. 5, 28. Omnes, qui in monumentis sunt, audiunt vocem Filij Dei, & prodibunt, qui bona egerunt, ad Resurrectionem vite: qui vero mala egerunt, in Resurrectionem Iudicij.*

*Daniel. 12, 2. Multi de his, qui dormiunt in terra pulvere evigilabunt, alijs in Vitam Eternam, & alijs in opprobrium & ignominiam sempiternam.*

*Quomodo & quo ordine futura est resurrectione?*

*Cum dies novissimus illuxerit, Christus [ingentis fragore Cælo Terraq[ue] per ignem transeuntibus] eadem, quā in Cælos ascendit, visibili formâ, in nubibus veniet: cum multis millibus Angelorum, cum clamore seu tonitru maximo, in voce Archangeli, & tuba Dei: Ac tūn Mortui vocem Filij Dei audientes, suo quinq[ue]*

LOC. V

quinq[ue] corpora

h[ab]et ille vivere

naturar, ut sustin-

Matth. 25

afflate sua, &

h[ab]et super fidem

conseruum omni-

Matth. 2

in calcu-

1. Thef. 4

in Adventu

audiuntur: q

uerbangelie

mortui, qu

nos, qui v

uno illis in

semper cum

Qua

Incorr

corruptionis

Gloria

annabunt

Potent

que non r

dilectio et

amplius

Spiritu

lenitiori

nostra e

aniesu

quisq; corpore resurgent primum: deinde nos, quos dies ille vivos deprehendet, in momento immutabimur, ut sistamur coram tribunal.

Matth. 25, 31. Cum venerit Filius hominis in Majestate sua, & omnes sancti Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem Majestatis sue: & congregabuntur ante eum omnes Gentes.

Matth. 24, 30. Tunc apparebit signum Filij hominis in celo.

1. Thess. 4, 15. Nos, qui vivimus, qui residui sumus, in Adventu Domini, non preveniemus eos, qui dormierunt: quin ipse Dominus cum jubilatione, in voce Archangeli, & in tuba Dei, descendat de Caelo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aere, & sic semper cum Domino erimus.

Qualia corpora futura sunt excitatorum à mortuis.

Excitorum corpora erunt:

Incorrumpibilia. Firmissima nimirum, & ab omnī corruptione libera.

Gloriosa. Quia inenarrabili decore & gloria exornabuntur.

Potentia. A priori nimirum imbecillitate libera, que non nisi cibo, potu, somno & aliis id genus praesidiis se se rueri poterant: quibus omnibus porro nihil amplius indigebunt.

Spiritualia. Hoc est, una cum anima, longe excellentiori virtute praedita & exornata à Christo [que nostrae resurrectionis Autor & Perfector est] quam ante fuerunt.

3. Cora.

1. Cor. 15, 42. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: feminatur corpus animale, surget CORPUS SPIRITUALE.

Daniel. 12, 2. Multi de his, qui dormiunt in terra pulvere, evigilabunt: alijs in vitam eternam, & alijs in opprobrium, in ignominiam sempiternam. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudierunt multos, quasi stelle in perpetuas eternitates.

Ergone talia quoque erunt corpora, impiorum?

Incorrumpibili quidem erunt impiorum corpora, verum nulla gloria, nullâ exoptata potentia aut spirituali excellentia exornata: sed perpetua ignominia & scelere damnata: quibus id ipsum, quod incorruptibilitatis habebunt, nulli felicitati, sed nunquam terminandis doloribus & cruciatibus cedet.

Quis est usus hujus loci?

I. Ut quibuscunque calamitatibus exerceamur, nos mortuorum resurrectione, que omnes miseras nostras inenarrabilis gloria superabundanter compensatura est, doloris acerbitatem leniamus. Sicut pie & eleganter dixit Tertullianus: Fiducia Christianorum. Resurrectio mortuorum.

1. Cor. 15, 57. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum.

I. Thess. 4, 18. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

II. Ut futurae resurrectionis memores, in hac vita cautius ambulemus. Prodire enim nos oportet, ut sustinamur, tribunal oculatissimi & justissimi iudicij.

III. ut fiduciam nostram in Deo collacemus, Quia  
2. Cor. 1, 9.

LOC. V

Quinam

Sadduc

negarunt.

ad. 23, 8

ditionem, n

Hymena

nationem

in convivis

DE

Quinam Errores h̄ic fugiendi sunt?  
Sadducæorum, qui Resurrectionem carnis pror-  
sus negarunt.

Act. 23, 8. Sadducæi enim dicunt, non esse Resur-  
rectionem, neg<sub>3</sub> Angelum, neg<sub>3</sub> Spiritum, Matth. 22.  
Hymenæi & Phileti, qui nullam aliam Resur-  
rectionem crediderunt, quād Spiritualem, quæ fiat  
per conversionem à peccatis. 2. Tim. 2, 17.

I.

II.

IIX. LOCUS.

## DE EXTREMO JUDICIO.

Quid futurum est cum hominibus à  
mortuis excitatis?

Sistentur coram Tribunal Dei, ut unusquisque ac-  
cipiat, pro ut gesit in corpore, sive bonum, sive ma-  
lum.

Proba tale judicium futurum esse?

Judicium extremum futurum esse, patet:

Ex apertis Scripturæ testimoniis.

I.

Psalm. 9, 9. Dominus paravit ad judicium thro-  
num suum, & ipse judicabit populos in iustitia.

Eccles. 12, 13. Summam rei totius audiamus: De-  
um time, & mandata ejus observa. Hoc est proprium  
(seu totum) hominis. Quia cuncta, quæ sunt, ad-  
ducet Dominus in judicium, etiam occulta, sive bona  
sunt, sive mala.

Esa. 66, 15. Ecce Dominus in igne veniet, & quasi  
turbo quadrigæ ejus, reddere in indignatione furoris  
sui,

sui, & increpationem suam in flamma ignis. Quia in  
igne Dominus judicabit, & in gladio suo omnem car-  
nem.

Ioh. 5, 28. Qui in monumentis sunt, audient ve-  
cem Filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in re-  
surrectionem vita, qui vero mala egerunt, in resurre-  
ctionem judicij.

Act. 17, 31. Deus statuit diem, in quo judicaturus  
est orbem in justitia, per virum, per quem decreverat.

Rom. 2, 5. Secundum duritatem tuam & impoeni-  
tens cor thesaurizas tibi iram in die irae, & revelatio-  
nis justi judicij Dei: qui redet unicuique secundum  
opera sua.

Rom. 14, 10. Omnes sistemur ante tribunal Dei.

2. Cor. 5, 10. Omnes nos manifestari oportet ante  
tribunal Christi, ut referat unusquisque quae in corpo-  
re [fecerit] prout gesit, sive bonum, sive malum.

Epistola Iude, vers. 14. Prophetavit autem & de  
hu septimus ab Adam, Enoch, dicens; Ecce venit Do-  
minus in sanctis millibus suis, facere judicium contra  
omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus  
impiorum eorum, quibus impie egerunt, & de omni-  
bus duris, quae loquuti sunt contra eum, peccatores im-  
pij.

II. Ex ipsa justitia divina, & rerum in hoc mun-  
do maximis confusionibus. Cum enim mali non sem-  
per puniantur in his terris, nec Boni sibi ornentur pre-  
miis, aliud judicium universale restat, in quo hæc o-  
mnia ad aequitatem revocentur.

2. Thess. 1, 5. Persecutiones vestrae & tribulatio-  
nes, que sustinetis, documentum sunt justi judicij  
Dei, in hoc ut digni habeamini regno Dei, pro quo &  
patimini. Siquidem justum est apud Deum, redde-

re ijs, qui affligunt vos afflictionem, & vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Iesu de celo, cum Angelis virtutis ejus, in flamma ignis.

Explicari mihi velim circumstantias istius iudicij: & primum, quis futurus judicii aparus & pompa?

Posteaquam Christus Salvator noster, summa Majestate & gloria, cum sanctis millibus suis, in turbine & flamma ignis [ quo totus hic mundus conflagratus est] extremo die in nubibus apparuerit, cum voce Archangeli, & tuba Dei: Atque mortui voce ipsius excita*s*, ac vivi deprehensi, in oculi ictu immutati, OMNESQUE coram ipso congregati fuerint, hoc iudicium inchoabitur: & cum Index sit futurus cordium scrutator, & consueti probationibus nihil opus sit, sine longiori circuitu, unico actu finietur brevissima, sed irrevocabili lata sententia, quae confessim, sine ullis exceptionibus, petitis revisionibus, aut quibuscumque alius refugiis, non impedita dabatur exequitione p. 15.

Dan. 7. 9. Matth. 25. 1. Thessal. 4, Epistola Iudea.

Quis futurus est Judex?

Christus Iesus, Salvator noster, in formavisiibili, quis: qui prius ad caelos ascenderat.

Iohann. 22. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.

Ibid. v. 27. Pater Potestatem dedit Filio iudicium facere, quia Filius hominis est.

A*ct*or. i, ii. Viri Galilai, quid statis adspicientes in a*ct*u iung*c*elum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in celum.

A*ct*or. 10.

*Acto. 10, 42. Christus præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo Iudex vivorum & mortuorum.*

*2. Tim. 4, 7. Testificor ego coram Deo & Domino Iesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos, in apparitione ipsius, & in Regno ejus: prædicta verbum, &c.*

*Coloss. 3, 3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*

*Quinam judicandi?*

*Omnis quidem homines coram tribunali comparrebunt, pī verō & fideles in judicium irae non venient, sed sine omni confusione & terrore admirabili & impīis terribili gloriā, Christo Salvatori suo associantur.*

*Iohann. 5, 24. Amen, Amen, dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam eternam, & in judicium non venit, sed transit à morte in vitam.*

*Sap. 5, 1. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperata salutis: dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperiū. Nos insensati, vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter Filios Dei, & inter sanctos sors illorum est?*

*Quis processus erit?*

*Non molestus ille & diturnus Iudicij forensis strepitus, ubi certis Articulis, interrogationibus, Responsionibus,*

ſponſionibus, prolixis Testium Examinibus, veritas e-  
ruenda, & Iudex informandus est: sed cum Praes  
iſtius Iudicij sit verus Deus & Homo atque cordium  
ſcrutator, non tantum ipſe omnia cognita & perſpe-  
cta habet, ſed occulta quæq; impiorum dicta, facta,  
coſtituta, ſtudia & conſilia in maniſteſtam lucem pro-  
ducturus. attēſtante illorum Conſcientia: & separa-  
tis Malis à bonis, illisq; ad ſinſtrā, hiſce ad dextram  
collocati, Scientiam contra impios, ſine ulla interje-  
cta mora, pronunciatur & exequuturūs eſt. Hic  
processus ab ipſo Chriſto deſcribitur Matth. 25. & a  
Paulo 2. Cor. 5,10.

Quæ erit norma ſeu regula ſententiæ  
ferendæ, in iſthoc judi-  
cio?

Evangelium, cui qui credidit, ſalvabitur; qui non  
credidit, condenmabitur.

Ioh. 3, 18. Qui credit in eum, non iudicatur: quæ  
non credit, jam iudicatus eſt: quia non credit in no-  
men unigeniti Filij Dei.

Ioh. 12, 48. Qui ſpernit me, & non accipit verba  
mea, habet, qui iudicet eum: Sermo, quem locutus  
sum, ille iudicabit eum in noviſimo die.

Rom. 2, 16. Iudicabit Deus occulta hominum, ſe-  
cundum Evangelium meum, per Iesum Chriſtum.

Quæ igitur erit ſententia definitiva?

Pijs, qui à dextris erunt, dicet Chriſtus.

Matth. 25, 34. Venite benedicti patris mei, poſſidete  
paratum vobis regnum, à conſtitutione mundi.

Impijs, qui à ſinſtris erunt, dicet:

Matth. 25, 41. Discedite à me maledicti, in ignem  
aeternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis ejus.

I.

II.

XX

Sed

Sed ibi Matth. 25. v. 35. Christus magnopere prædicat bona opera Piorum: Esurivi, & dedisti mihi manducare, &c. quod priori demonstrat normæ contrarium videtur?

Predicat piorum bona opera Christus, non ut vita æternæ causam meritoriam esse ostendat: haec enim gratuitum Dei donum est. Rom. 6. Sed cum illos heredes vitæ æternæ pronunciaverit, que non nisi per fidem apprehenditur; ex ipsis operibus, quibus fidem suam testamat fecerint, probat illas veram fidem habuisse: que per isthac charitatis opera fuerit efficax. Et sane ex ipso illo loco apparet, Christi verba contra monstratam normam fidei non quicquam pugnare. Primum enim vocat Benedictos. Benedicuntur autem, qui ex fide sunt, Gal. 3, 9. Deinde poscidere jubet, sed jure Hereditatis, que Filius obtingit. Sumus autem Filii Dei per fidem, Ioh 1, 12. Et tandem quod addit, paratum est regnum ab exordio mundi, rursum patet meritum inde nostrorum bonorum Operum exercitri nequaquam posse.

Quæ tandem latæ & promulgatae sententia exequitio erit?

Quam primum sententia definitiva promulgatio fuerit. Confestim etiam, sine omni exceptione dilatione, aut appellazione, exequitioni mandabitur: & pī transferentur in fruitionem aeterna felicitatis, Impi vero, in aeternos inferni cruciatus turbabuntur.

Quis est usus hujus loci?

Ut judicij extremi perpetuò memores, nihil unquam in nos admittamus, quod in illius judicij confessu manifestari pudeat.

Ut

I.

ost mori  
as magna  
survi de de-  
d prioris  
num

Ut impiorum conatu & mille fraudes, quæ  
omnes ibi manifestæ erunt, hujus recordatione fra-  
gantur.

Eccl. 7, 49. In omnibus operibus tuū memorare no-  
vissimataua: & in aeternum non peccabis.

Qui errores hic fugiendi?

Epicureorum & illusorum, qui ut nullum diem  
novissimum: sic nullum etiam iudicium extremum  
esse credunt: At thosaurizant sibi iram in diem iræ.

IX. LOCUS:

# DE INFER- N O.

Dixisti impios in inferni cruciatus præ-  
cipitandos: quinata sunt illi cru-  
ciatus?

Sunt animi & corporis (utrumq; enim peccaverat)  
exquisitissimi dolores, orti ex pavore ac sensu ju-  
stissime vindictaque divine contra peccata, quo-  
rum tristissimam conscientiam secum circumserunt:  
quorum turpitudo patet: quorum etiam nulla in po-  
sterum remissio, & inde penarum nulla mitigatio aut  
finis sperari potest. Unde horribili lamentatione & e-  
julatu pristinam impietatem suam, quâ justiss. Domini,  
quâ fraternalis admonitiones & omnia salutis asse-  
quenda media securè neglexerunt, miseri detestabun-  
tur: sed frustrâ. Nam in perpetuo angore, tremore  
horribili, in pudore, confusione & ignominia, in igne  
inxtinguibili, infletu & stridore dentium, in eternis  
& horrendis tenebris, avulsi à Dei gratia & favore,  
inter Diabolos, horrendum & sine fine in aeternum  
excruciantur.

Nōndum tamen intelligo, quales illi  
sint cruciatus?

Quia futura damnatorum tormenta, omnem hu-  
manæ mentis aciem longè excedunt, ut neque cogita-  
tione magnitudinem illorum unquam asequi valea-  
mus: Ideo quinam, aut quales illi futuri sint, verbis  
satis exprimi non potest. Scriptura tamen, ut maxi-  
mos & exquisitos istos cruciatus esse ostendat: illis  
rebus eos assimilat, quibus in hac vita summis & ani-  
mi & corporis dolor excitari solet. Propterea nunc  
igni, nunc stridori dentium, nunc vermis, nunc tri-  
stissimæ tenebris, & quæcunque aliae res tristitiae &  
doloris plenissima nominari possunt, comparantur.

Esa. 66, 24. Vermis eorum non morietur, & ignis  
non extinguetur.

Matth. 5, 22. Qui dixerit fratri suo: Fatue, reus  
erit Gehennæ ignis.

Matth. 8, 12. Filii regni ejicientur in tenebras ex-  
terioribus, ibi erit fletus & stridor dentium.

Apoc. 16, 20. Vivi miseri sunt in stagnum ignis ar-  
dentis sulphure.

Greg super illud Matth. 8, v. 12. Ejicien-  
tur in tenebras, &c. In inferno erit frigus intol-  
erable, ignis inextinguibilis, vermis immor-  
talis, fætor intolerabilis, tenebræ palpabili-  
les, flagella cædentiū, horrida visio Dæmo-  
num, conclusio peccatorum, desperatio o-  
mnium bonorum. Erit enim miseris mors sine  
morte, defectus sine defectu: quia mora ibi  
semper incipit & desicere nescit.

Quomodo probas illos cruciatus  
esse æternos?

Quia Scriptura hoc pluribus in locis affirmat.

Esa.

Esa. 66, 24. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

Matth. 3, 12. Paleas comburet igni inextinguibili.

Matth. 25, 41. Discedite a me maledicti in ignem æternum.

2. Thes. 1, 9. Pœnas dabunt æterni exitij.

Apoc. 6, 6. Querent homines mortem, & non convenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

Sed cum dixeris: Iustos cruciatus etiam ad corpora pertinere, quomodo illa in flammis.

& alijs cruciatibus perpetuò dura-  
re poterunt?

Quia ex resurrectione incorruptibilia corpora habebunt, quod ipsum tamen illis graviori pœna cedet: cum perpetua corruptione nunquam corrupti possint. Et sicut corpora non amplius, ut jam sunt, naturalia futura sunt: ita nec ignis iste futurus est Elementarius.

Futurine sunt gradus cruciatuum in  
Inferno?

Futuri sunt:

Qui enim in carne vixerunt sceleratius: in inferno torquebuntur gravius.

Matth. 11, 21. Væ tibi Corazim, vae tibi Bethsaida, quia si Tyro & Sidon factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiamente egissent, Veruntamen dico vobis, Tyro & Sydon tolerabilius erit in die Iudicij, quam vobis.

Matth. 23, 14. Væ vobis Scribæ & Phœrisæ, hypocrite, quia comeditis domus viduarum. Orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium.

*Luc. 12, 47. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non se preparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, Vapulabit multis*

*Sap. 6, 6. Horrende & cito apparet vobis: quoniam judicium Durissimum in his, qui presenti fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.*

*Quis est usus hujus Loci?*

*Ut vel sola recordatione horribilium inferni cruciatuum, peccata, & infidelitatem, quae impoenentes in infernum precipitant, in omnivita nostra exhorrescamus: & econtra, per veram fidem & penitentiam, in Christo ad vitam aeternam consequendam, diligenter studeamus.*

*Eccles. 7, 40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in aeternum non peccabis.*

*Et eleganter Chrysost. Non sinet in Gehennam incidere, Gehenna meminisse.*

*Quinam Errores hic fugiendi sunt?*

I. Epicureorum securitas, qui neque Diabulos, neq; infernum, aut certe non tantos ejus cruciatus esse credunt.

II. Multorum temeritas, qui horribilium inferni cruciatuum nihil memores, non modo peccata non fugiunt, sed damnata levitate scipios gehenna supplicij, sepissime devovent.

III. Origensis error, qui Diabulos & damnatos, propter infinitam Dei misericordiam, vel tandem salvandos esso, statuit. Sed cum Deus non tantum misericors, verum etiam Iustus & Verax sit atq; misericordiae sue rationes de hominum salute ita explicuerit, ut qui in hac vita in Christum crediderit, in aeternum salvus,

salvus, qui verò in hac vita in Christum non credidere-  
rit, in æternum damnatus esse debeat: misericordia  
eius accusari nulla ratione potest, si in hominibus ino-  
bedientibus & impijs, qui suâ Culpâ & ingratitudi-  
ne, proposita salutis media neglexerunt, jam ante de-  
nunciatam justitiam & veritatem exequitur.

X. LOCUS.

## DE VITA Æ- TERNA.

Quid est Vita Æterna, ad cuius frui-  
tio-  
nem introduci dixisti fideles  
& pios?

**B**eat è illius, & eternæ felicitatis, quâ Deus Opti-  
mus Maximus, credentes in Christum corona-  
turus est, summa quidem majestas & amplitudo, res-  
omnes creatas, & quarumcumq; nobis notitia aliqua  
obringere potest, tanto intervallo, adeo distanter, atq;  
eminenter excedit: ut Qualis illa & Quanta futura  
sit gloria, nemo mortalis homo, verbis satis dignis, &  
verum gravitati commodè convenientibus, exprimere  
aut delineare possit.

i. Cor. 2, 9. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec  
in Cor Hominis ascendit, quæ preparavit Deus his, qui  
diligunt illum.

Annōn aliqua saltē ratione describi  
potest?

Est ineffabilis beatitudo, quâ fideles, receptis  
gloriosis, & spiritualibus corporibus, omni & peccato  
& corporis infirmitate liberati, in ipso Deo, cū sanctis

*Angelus & beatus, maximâ & sincerissimâ fine, societate, & perturbatione, in aeternum perfruentur. Quæ felicitas appellatur & est Vita Aeterna.*

*Daniel. 12, 2. Multi de his, qui dormiunt in terre pulvere, evigilabunt, alij in vitam aeternam, & alij in opprobrium.*

*Iohann. 3, 16. Sic Deus dilexit Mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.*

*Ioh. 6, 40. Hec est voluntas ejus, qui misit me, ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam aeternam.*

*Ioh. 10, 27. Oves meæ, vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis.*

Gregor. in Hom. super illud Joh. 10, 9. Per me si quis introierit, salvabitur, & ingredietur, & egreditur, & pascua inveniet, sic ait: Ingredientur ad fidem, egredientur autem à fide ad speciem, pascua a. invenient in aeterna refectione. Oves ejus ergo pascua invenient: quia quisquis illum corde simplici sequitur, aeterno viriditatis pabulo nueritur. Quia a. sunt istarum ovium pascua, nisi interna gaudia semper virentis Paradisi? Pascua namq; electorum sunt, praesens vultus Dei: qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vita cibo satiatur. In ipsis pascuis de aeternitatis sicutitate letantur, quia jam laqueos voluptuosa temporalitatis evaserunt. Ibi Hymnidici Angelorum Chori, ibi societas superiorum civium; ibi dulcis solemnitas à peregrinationis hujus tristi labore, redeuntium, ibi Providus Prophetarum cœtus; ibi Judex Apostolorum numerus, ibi innumerabilium Martyrum victor exercitus; tanto illic lætior, quanto hic durius afflictus, ibi Confessorum constantia, præmij sui perceptione consolata; ibi fideles viri, quos à virilitatis suæ robore voluptas seculi emollire non potuit, ibi sanctæ Mulieres, quæ cum seculo & sexum vicerunt, ibi gueri, qui hic annos suos moribus transcen-

LOC.

scenderant  
dit, & virtu-Augustin  
derat, fra-intelligite  
phantomatis  
dat foatesHoc omnino  
toribus da-

Hoc ne de-

dat, nihil  
sed celum

sed seipso

sed pulch-

Idem

ravit Deo-

ta, vita se-

da, vita

tristitia,

ne corrup-

matura-

sum; ubi

peccati-

lus; ubi

Deu-

mes si

Scriptu-

viridissi-

legendos

greganc-

tali mo-

time vi-

ma: O

fine, cu-

continuo

victor n-

Choris,

cis Sion

Idem

sempit-

labore,

natus si

scenderunt; ibi senes, quos hic & aetas debiles reddidit, & virtus operis non reliquit.

Augustinus super Psal. 83. Bona cogitate & considerate, fratres, quæ dat Deus peccatoribus, & hinc intelligite, quid servet servis suis. Peccatoribus blasphemantibus eum quotidie dat cœlum & terram, dat fontes, fructus, salutem, filios, copias, ubertarem. Hæc omnia bona non dat nisi Deus. Qui talia peccatoribus dat, quid eum putas servare fidelibus suis? Hoc ne de illo sentiendum est, quia q̄d i talia malis dat, nihil servat bonis; imo vero servat non terram, sed cœlum. Vilius fortè aliud dico cum dico cœlum: sed seipsum, qui fecit cœlum. Pulchrum est cœlum, sed pulchrior est Fabricator cœli?

Idem in Meditationibus. O tu vita, quam præparavit Deus ijs qui diligunt eum, vita vitalis, vita beatæ, vita secura, vita tranquilla, vita pulchra, vita munera, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, nescia tristitia, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, sine vanitate & mutatione: vita totius elegantia & dignitatis plenissima; ubi non est adversarius impugnans, ubi nulla peccati; illecebra, ubi est amor perfidus & timor nullus; ubi dies aternus, & unus omnium Spiritus? ubi Deus facie ad faciem cernitur, & hoc vita cibos mens sine defectu sariatur. Et infra. Hujus rei gratia Scripturarum Sanctorum amœna prata ingredior, viridissimas sententiarum herbas exarando cargo, legendō comedo, frequentando rumino, atque congregando tandem in alta memorie sede repono; ut tali modo tua dulcedine gustata, minus istius miserimæ vita amaritudines sentiam. O tu vita felicissima: O Regnum verè beatum, carens morte, vacans sine, cui nulla tempora succedunt per ævum; ubi continuus sine nocte dies nescit habere tempus: ubi vixit miles, illis Hymnidicis Angelorum sociatus Choris, cantat Deo sine cessatione Canticum de canticis Sion, nobile perpetua caput amplectente corona?

Idem in Manuali O vita vitalis, vita sempiterna & sempiternè beatæ: ubi gaudiū sine moerore, requies sine labore, dignitas sine tremore, opus sine amissione, sa- nitas sine languore, abundantia sine defectione, vita

sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo  
sine calamitate, ubi omnia bona in charitate perfe-  
cta videntur semper, & videre desiderant, sine anxietate  
desiderant, & sine fastidio satiantur.

Quomodo dicis Beatos fore  
cum Deo?

*Quia de facie ad faciem illum videbunt, tamen Es-  
sentiam, quam voluntatem ipsius perfecte cognoscen-  
do & summo cum desiderio & voluptate exequendo.*

*Iohann. 14, 3. Etsi abiero & preparavero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, ut  
ubi ego sum, & vos sitis.*

*1. Cor. 13, 12. Videmus nunc per speculum in æ-  
nigmate: tunc autem facie ad faciem*

*1. Thess. 4, 17. Nos qui vivimus, qui relinquimur,  
simil rapiemur cum illis in nubibus, obviam Domino  
in aerem, & sic semper cum Domino erimus.*

*1. Iohann. 3, 2. Charissimi, nunc Filii Dei sumus, &  
non dum apparuit, quid erimus. Scimus autem, quo-  
niam, cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam vi-  
debimus eum, sicuti est.*

*Apoc. 14, 4. His sequuntur Agnum, quocunq[ue] ierit.*

Quomodo cum sanctis Angelis con-  
versabuntur beati.

Cognoscentes perfecte infinitam misericordiam &  
bonitatem Dei, in Christo sibi declaratam (per quam  
æternæ damnationi exempti, atq[ue] ad tantam felicitatem  
tempore dulci sunt) una cum beatis Angelis, Deum Tri-  
num & Unum, perfecto gaudio, & constanti alacri-  
tate in æternum collaudabunt.

*Apocal. 14. vers. Cantabant, quasi canticum no-  
rum ante sedem, & ante quatuor animalia & Senio-  
res, & nemo poterat discere canticum, nisi illa centis  
quadragesita quatuor millia, qui excepti sunt de terra.*

Quo-

LOC.  
Quon

Cum Pa-  
bus, dulcissi-  
mum in priori va-  
tundissima  
ad celebra-  
simis concer-  
bus

Psal 34,  
mine) in se-  
Ergone

Ma  
Qui  
initio con-  
gutione tr-  
statim cog-  
alteratio-  
ta erunt,

Euc.  
rumin si  
agnitur  
bantur, j  
Matt  
in monte  
pissent, a  
nunquam

Et a-  
ta, quan-  
rente,  
in vita  
rentes  
in vicis-

Baden-Württemberg

Quomodo cum ceteris Sanctis con-  
versabuntur.

Cum Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, dulcissimis Parentibus & Liberis, & quoscunque in priore vita charissima habuerunt, non tantum iucundissima & suavissima erit conversatio, sed iisdem ad celebrandum nomen & gloriam Domini, paratisimis concordioribus utentur.

Psal. 84, 5. Beati qui habitant in domo tua (Domine) in secula seculorum laudabunt te. Sela.

Ergone Sancti mutuo se cognituri sunt  
in altera vita?

Maxime.

Quia perfectè reparata imagine Dei, ad quam initio conditi eramus, perfectè quoq; sapientia & cognitione instructi erimus. Hinc si Adam ante lapsum, statim cognovit costam suam Eram: multò magis in altera vita, cum omnia isthec dona, multò perfectionata erunt, nos mutò cognituri sumus.

Luc. 16, 23. Dives Epulo, vider & agnoscit Lazarum in sinu Abraham: multo magis Beati se se mutuo agnituri sunt: etiam illi, qui dum in carne peregrinabantur, se se mutuo nunquam viderunt.

Matth. 17, 1. Sic Petrus, Iacobus & Iohannes, cum in monte saltem gustum aliquem vitae æternæ percipissent, agnoscent Mosen & Eliam, quos tamen antea nunquam viderant.

Ec absurdum esset, si major cognitio in hac vita, quam in altera singatur. Hic enim liberi certè parentes, & parentes liberos suos agnoscent. Cur igitur in vita spirituali Abraham, Prophetæ & Apostoli, parentes spirituales, non etiam filios suos spirituales, & h̄i vicissim illos etiam agnoscerent?

Sed

I.

I.

I. I.

Sed hinc magna gaudij, ac tristis metuenda est  
contaminatio: si beati, quos in hac vita  
charos habuerunt, videant in-  
ter damnatos?

Tanta erit Beatorum, cum justitia & voluntate  
divina conformitas, ut propter damnatorum miseri-  
am & paenam, quas ex merito suo luunt, ne tantillum  
perturbentur.

I. Non enim aliunde isthac perturbatio profi-  
cisci poterat, quam ex carnali quodam affectu, quo  
quisque suos in priori vita prosequutus est. Ille vero in  
futuro Beatorum statu penitus abolebitur. Et iste Pa-  
ter, Mater, Frater & Soror, habebitur indulgentior,  
& suavior, quo quisque tum cognoscetur, Christi disci-  
pulus fuisse, & jam inter Beatos filius ac haeres Dei es-  
se, charior & locupletior.

II. Deinde non magis Beatorum felicitas ex ista  
causa perturbari poterit, quam ipsius Dei cuius dilec-  
tio, amor, & desiderium, erga totum genus huma-  
num; per Christum salvandum, multo ardenter,  
multo sincerius fuit, quam cujusquam Parentis affe-  
ctus erga liberos, atque propria sua pignora visceraque  
unquam esse potuit.

III. Quin potius summam Dei Justitiam, sum-  
mè admirantes & eternum collaudantes: impiam  
damnatorum ingratitudinem, quasua culpâ optimè  
promeritas paenam meritissimò luant, ex animis dete-  
stabantur. Haud aliter, atque si Paren's immorigerum  
& pertinaciter sceleratum Filium, e domo tandem  
paterna ejicit, & quascunque in exilio patitur cala-  
mitates, ridet.

Prov. 1. v. 24. Deus de impijs dicit: Quia vocavi,  
& renuijs, extendi manum meam, & non fuit, qui  
adspicere

adspiceret. Despexitis omne consilium meum, & incrépationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit.

Futurine sunt gradus aliqui inter Beatorum cœlestem gloriam?

Una erit Vita æterna omnibus illis, qui in Christum crediderunt, futura communis: Sed in vita æterna erunt gradus gloriae, secundum Opera eorum, qui per Fidem, vita cœlestis Donum in Christo assentiti sunt. Qui enim ex Fide, plures & maiores charitatis virtutes exercuerunt, aut majoribus donis ornati, plura & majora operati, vel propter nomen Christi acerbiora passi sunt: illi quoque in vita æterna, sine omni tamen supercilio aut invidia, majori gloria & honore, conspicui in beatorum Choro reucebunt.

Daniel. 12. v. 3. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi Splendor Firmamenti: & qui ad Iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Rom. 2. 6. Deus reddet unicuique secundum opera sua.

1. Cor. 15. 41. alia claritas Solis, alia claritas Lune, & alia claritas stellarum. Stella enim à Stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.

Quis est Ussus hujus loci?

Ut magnitudinem cœlestis gloriæ perpetuò contemplantes, ab omni immundicie & peccato, nos contineamus: quibus Fides, Spiritus sanctus, & Spes omnis Vitæ æterne amittitur.

7. Ioh. 3. Omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

Ut magnitudine futuræ gloriæ, spem & patientiam nostram in omnibus adversis foveamus: & isthac

I.

II.

ist hac meditatione, omnes afflictionum acerbitates magno & constanti, intrepido atque infracto animo, semper superemis.

Rom. 8, 18. Existimo enim, quod non sunt condignae passiones hujus temporis, ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.

2 Cor. 4, 17. Nam momentanea levitas tribulationis nostre supra modum in sublimitate eternum gloria pondus operatur in nobis, non contemplantibus, que videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt: quae autem non videntur, eterna sunt.

Quinam errores hic vitandi?

I. Chiliastarum, qui post mortuorum resurrectionem, Sanctorum potentiam & gloriam, mille annos in his terris duratur am esse somniant. Quorum successores hodie sunt Anabaptistæ.

II. Epicureorum, quos Petrus illusores appellat. Qui ut finem Mundi, & adventum Salvatoris ad iudicium falso rident: ita neque Infernum, neq<sup>u</sup> Cœlum esse, in impio & scelerato corde suo statuunt.

Sed hos irris res, ultio divina gravissimū & eternū Exempli vindicabit. Nos qui verbo Dei de futura piorum gloria, evidenter edocti sumus. Mundi imperatorem, & secularia desideria abnegantes, modestè, & justè, & pie vivamus in hoc seculo, ut fide expectantes beatam spem, & adventum gloriae magni DEI & Salvatoris nostri IESU, per ipsum, Iustitiae & glorie eterna immarcessibili Corona, cum omnibus, qui diligunt Adventam ipsius, exornemur. Ipse

Gloria & Laus, Honor & Imperium, in perpetuas aeternitates, Amen, Amen, Amen.

III. IN-

- 1. Oratio d...
- 2. Medicina
- 3. Tentatio
- 4. Liber
- 1. De Deo
- 1. Quid sit
- 2. Quid sit
- 3. Quid sit
- 4. Quid sit
- Trinitas
- II. De Cœlo
- 1. Quid sit
- 2. Quid sit
- 3. Quid sit
- Mundus
- 4. Ora Co...ma
- 5. Fina C...
- III. De
- 1. Quid sit
- 2. Quid sit
- 3. Quid sit
- 4. Que...gendi
- 5. Anne...tatem
- IV. De
- 1. De sa...
- 2. De S.S.
- 3. De regi
- 4. De regi
- 5. De regi
- Liber
- 1. De A...
- II. De b...
- III. De
- Libe...
- 1. De a...